Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

2355

DA - BOX

No 3539.



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

10

237

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

VITA ET RES GESTAE PRAESTANTISSI- MI, NOBILIS ET GENEROSI HEROIS, DOMI- NI IOHANNIS RANTZOVII, EQVITIS AVRATI,

& trium Daniæ Regum, Frederici Primi, Chriſtiani Tertij, & Frederici Secundi, nec non Iohannis & Adolphi Fratrum, Ducum Holſatiæ &c. Conſiliarij, Bellorumq; ab ijſdem geſtorum primarij Ducis.



WITEBERGÆ

ANNO M. D. LXVII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

IMAGO PRÆSTANTISSIMI HEROIS, D. IOHANNIS RANTZOVII,

Equitis aurati, qui obijt Anno Domini M. D. LXV. *Die* XII. *Menſis Decemb. cum vixiſſet annos* LXXIII. *& Menſ:* I.



Fœlix quem Virtus generoſa exornat auorum,
Qui Virtute ſuis addit & ipſe decus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO D. IOACHIMO, ABBATI MONASTERII REINEFELDENSIS DIGNISSIMO

S. D.

ETSI NON DVBITO, REVERENDE *Domine Abbas, quin ab alijs ea de re, de qua ſummo cum dolore ad T. R. D. ſcribo, eidem ſit renunciatum, eumq́; caſum grauiter moleſteq́; ferat: tamen cùm herus meus Henricus Rantzouius, Regiæ Maieſtatis Vicarius, luctu impeditus & hoc tempore à Rege in Daniam vocatus, ipſe pro mutua beneuolentia ac familiaritate veſtra, ad R. T. D. nondum ſcripſerit, iudicaui eandem meis etiam literis certiorem fieri oportere. Nam Iohannes Rantzouius, eques auratus, quem quidem Deus Opt: Max: ex hoc lacrymabili hoſpitio cœleſtem in patriam reuocare conſtituerat, integris animi ſenſibus, vſque ad extremum vitæ halitum, rebusq́; omnibus, quæ ad morituros pertinēt, ſanctè ac piè compoſitis, cum filios Henricum & Paulum, ad mutuum amorem concordiamq́; tuendam multis verbis cohortatus eſſet, Eccleſiam ac miniſtros ſuos omnes muneribus ampliſſimis ornaſſet, ſacris factis, adhibitisq́; precibus, firma in Chriſtum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

fide, in complexu coniugis, filiorum ac nepotum, prid. Id: Decemb: placidè conſtanterq́ vitam cum morte commutauit. Equidem ſatis commemorare non poſſum, quantum nobis moleſtiæ, quantum mœroris, tam fortis, tam grauis, tam prudentis, tam bello & pace præclari, excellentisq́ viri mors atq́ interitus attulerit. Ego quidem certè ſic ſtatuo, eo extincto, meam patriam remq́ noſtram publicam, multum ſplendoris, multum præſidij atque ornamenti amiſiſſe. Itaq́ & mea, & vniuerſæ Reip. Cymbricæ cauſa vehementer doleo, angorq́ animo, ne, poſtquam Deus hanc columnam euertit, breui totum ædificium collabatur, præſertim cùm hoc tempore, quo maximè addi aliquid in tanta paucitate ad bonorum hominum numerum oportebat, nobis ſit ereptus. Vt autem & meum dolorem, & ſimul etiam gratitudinem oſtenderem (quia magna ex parte in hac familia & domo ſum educatus, plurimaq́ ab ea in me ſunt collata beneficia) decreueram pauca quædam de vita & rebus geſtis huius tanti viri literis mandare poſterisq́ tradere. Iniuria enim eſt, virtuti laudem præmiáque non tribuere. Cùm autem hero meo nuper in Daniam profecto, more inſtitutóque meo, Bibliothecam illius, quam habet omni genere librorum inſtructiſsimam ingreſſus eſſem, librosq́ nonnullos excuterem, caſu in duo ſcripta incidi ſepoſita diuerſorum autorum, quorum tituli

erant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

erant, SVB EFFIGIE IOHANNIS RANTZOVII, EQVITIS AVRATI: quæ ego cùm non ſine ſumma voluptate perlegiſſem, cùm quod mei temporis hiſtoriam, annorum ferè ſexaginta, cuius planè ignarus eram, breuiſsimè comprehenderent, tùm quod vitam Iohannis Rantzouij, rerumq́ me puero ab illo domi militiæq́ geſtarum memoriam continerent & viderentur ſanè eiuſmodi eſſe, vt à me nihil elaboratius illo, nihil elegantius edi poſſet, deſiſtebam ab incœpto, meumq́ ſcribendi ſtudium ac laborem tanquam ſuperuacaneum, minimèque vtilem ac neceſſarium iudicabam. Illa igitur ſcripta ad T. R. D. hominem pietatis, ingenij & iudicij laude præſtantiſsimum mitto, vt ipſa R. T. D. huius viri vitam, qui R. T. D. ob inſigne veræ Religionis ſtudium, & raras animi dotes, quibus præ cæteris prælucet, vnicè complexus eſt, ſemperq́ magni fecit, penitus cognoſcat, & amicis ac familiaribus communicet, aut etiam, ſi digna videbuntur, prælo ſubijciat, nominisq́ ſui inſcriptione, vt in manus hominum prodeat, typis imprimendum curet. Adiunxi porrò Epitaphia quædam à diuerſis facta, & exempla epiſtolarum, quas Principes quidam & alij ad conſolandos filios ſcripſerunt: non quidem planè omnium (erant enim plurimæ) ſed illarum tantummodo, quas propterea, quòd elegantiores atque ple-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

niores eſſe videbantur, ſelegi, quæ poſſunt eſſe tanquam indices & quaſi certiſſima teſtimonia fidei illius, qua erga patriam eiusq́ laudatiſſimos Principes ſemper vſus fuit. De toto itaq́ ſcripto, tua quicquid R. D. egerit ſtatueritq́, excellenti R. D. T. iudicio permitto, méque omnibus R. D. T. officiorum generibus perpetuò deuinctum fore confirmo. Vale reuerende præſul, méque in numero eorum, qui R. D. T. ob plurimas virtutes diligunt & colunt, vt reponat, precor. Datæ XIIII. Calend: Ianuarij. Anno M. D. LXV. Ex arce Bredenberg.

T. R. D.

Deditiſſ:

Martinus Coroneus Holſatus, liberalium artium Magiſter, Filiorum Henrici Rantzouij Præcept.

CAN.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

CANDIDO
LECTORI

IOACHIMVS ABBAS MONASTERII REINE-
FELDENSIS S. D.

PERSAEPE NOBIS COGITANTIbus, pie lector, de communibus miſerijs, in quibus tot annis verſamur & vt videtur, verſabimur, in mentem venire animumq́ erigere ſolet, hæc mala non ſubito caſu, vel cœco quodam Fato, ſed diuina quadam diſpoſitione nobis contingere. Bella etenim immenſa, morborum inaudita genera, omniumq́ rerum inſolita penuria, cæteraq́ infinita mala, quæ in hac extrema & delira mundi ſenecta, non ſine ingenti bonorum virorum luctu & dolore conſpiciuntur, adhæc præſtantiſſimorum virorum caſus & interitus, diuini numinis non modò imminentem, verùm etiam præſentem iram & indignationem teſtantur. Cùm itaq́ non ſine ſummo vulnere Eccleſiæ Chriſtianæ & Reip. ciuilis, omniumq́ harum regionum diſpendio maximo, præſtantiſſimus, nobilis & generoſus heros, Dominus Iohannes Rantzouius Holſatius, Eques auratus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

ratus , raræ , imò inauditæ virtutis exemplum , ex hac luce ſubtractus ſit (cuius viri memoria magna conantibus ſacroſancta eſſe debeat , illiusq́; interitus inſigne quiddam portendat) viſum eſt nobis, citra cuiuſcunq́; notam , aut noſtram cenſuram, oblatum nobis de vita, de rebus geſtis illius libellum in lucem edere , in quo admirandum videtur , quod ab ipſius incunabulis , vſq́; ad extremum vitæ ſpiritum , ſemper tam propitia benignaq́; fortuna , virtute duce, Chriſto auſpice, in tantis, tam grauiſsimis , difficillimis, ſummisq́; rebus, ſtrenuus ille Miles vſus ſit : quod in pacis vel nemini, poſt hominum memoriam (citra inuidiam dixerimus) etiamſi omnes veterum Græcorum , vel Romanorum annuales euoluas, pro ſua conditione contigit. Tu itaq́;, pie lector, ſtudium noſtrum boni conſule, & virtutes tanti, & tam rari viri recole & ſectare.

Vale in CHRISTO
felix.

SVB

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

SVB EFFIGIE JOHANNIS RANTZOVII, EQVITIS AVRATI.

DEVS TRINVS ET VNVS TE LONgè ſoſpitet, & in hoc viuidæ ſenectæ robore diu fœliciter conſeruet, fortunate ſenex, qui ex equeſtri & nobili Rantzouiorum familia (quæ fuit inter Cymbros ſiue Holſatios,
teſtantibus id annalibus veſtris ante trecentos annos, 1494.
virtute bellica clara) es ortus, domeſticaq́; educatione 1507.
ac diſciplina, vulnerum & periculorum contemtor factus, cùm tredecim annos natus, mortuo patre, clam arrepto domi equo, inuita matre & tuis, ad proxima caſtra euolaſſes, miram indolem ad militiam attuliſti: demum vir effectus, duriſsimis belli laboribus te totum dicaſti, ſuſceptáque nobili peregrinatione, totum pene orbem terrarum circumuagatus es, non tam religionis cauſa, vt multi opinabantur, quàm vt multarum gentium mores, tractandíque belli rationes acutiſsimè perſpiceres, & poſteros Cymbrorum, Gottorum, Vandalorúmque tuorum maiorum inuiſeres. Adita primò 1516.
Anglia, deinde Hiſpania, (vbi diuum Iacobum more tunc inueterato ſalutaſti) poſtea Germania, Italia, Creta, Aſia, ac Syria maxima ex parte peragrata, ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Hieroſolimam vrbem perueniſti, ibíque cum alijs reli-
gioſè ſacrificans, dignitatem aurati equitis ſuſcepiſti,
quam ſuccedente tempore editis egregijs factis conde-
1517 coraſti atque ornaſti. Hæc tua illuſtris peregrinatio
Vide Paulum Iouium, in Turcicarum rerum cõmentario, ad Carolum V. Imperator.
in illa deflenda tempora incidit, cùm Selimus Turcarum Imperator, mortuo Campſone & interfecto Tombeio, Sultanico imperio cruentis victorijs finem attulit, vnde, niſi magna numinis prouidentia ad maiora eſſes reſeruatus, naui vix elapſus, à Turcis captus fuiſſes, te tuóſque ſocios, tanquam Mammeluchos perſequentibus. Naui illa Neapolim perueniſti, indéque per illud regnum Romam profectus, Leoni decimo Pontifici maximo, more Italico, ſed non ſine faſtu Cymbrico pedes deoſculatus es. Inde per Italiam, Galliam
1520. & Germaniam, notitia multiplici in peregrinatione auctus, domum redijſti, & ilico propter ſummam ingenij tui dexteritatem & agendi peritiam, Fridericus tunc tantùm Princeps Holſatiæ, te filij ſui Chriſtiani morum inſpectorem, ac omnium rerum eius gubernatorem
1521. conſtituit, miſſurus filium ad Septemuirum Electorem Brandeburgenſem, vt vnà cum ipſo Wormatiam verſus iret, quò Cæſar Carolus V. tunc primùm Principes Germaniæ, ornatus Cæſarea poteſtate, conuocarat. Quo in loco Lutherus ſua dogmata, ſumma cum conſtantia, præſentibus cunctis ordinibus Imperij, protulit & ſcripto exhibuit, quæ tu modeſtè arripiens, ſuperuacuos

aliquos

aliquos ritus contemnere didiciſti. Finito illo conuentu,
vnà cum Principe tuo ad patrios Lares reuerſus, Ma-
giſter palatij creatus es: & cum deinceps Chriſtiernus 1522.
II. Danorum Rex, immaniſsima crudelitate in pro-
ceres Gothos, Danos & Suedos ſæuiret, illiq; publicè
conſpirarent, conſentiente & permittente Deo, certiſsi-
mo ſemper vltore ſcelerum, & Fridericum patruum
Chriſtierni, ad ſuſciendum diadema regium adhorta-
rentur, tu Principi tuo Friderico ſuaſor & autor exti-
tiſti, vt oblatam prouinciam ſuſciperet, ne alioqui tota
ſua familia illuſtris, illa regia ſede deturbaretur. Nam
Suedi, cum Fridericus longius rem cunctando protra-
heret, quendam ex nobilitate equeſtri ſibi Regem dele-
gerant, quod & de Danis erat timendum. Quare ipſius
auſpicijs exercitum in Daniam traduxiſti, nonnulliſq;
locis ibi prius expugnatis, Hafniam regalem vrbem,
plus q̄ per integrum annum obſidione preſsiſti, illáque
fame domita, cum ab eſu felium ac canum non abſtine- 1523.
rent, in tui principis gratiam ſuſcepiſti. Quibus rebus
peractis, cum quatuor cohortibus ac trecentis equiti-
bus, in Scandiam nauigaſti, & commiſſa ancipiti pu-
gna, cum Seuerino de Norbu, viro ſtrenuo & rei mili-
taris perito, ſecum habente quindecim millia agreſtium,
tandem eum ſuperaſti. Nam aut vincendum aut mo-
riendum tibi erat: nullus locus fugæ patebat. Circum-
ditus enim eras mari & hoſtili exercitu. Sic virtus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

viam inuenit. Ac niſi ſumma feſtinatione vſus fuiſſes, ſubſidio hoſtibus, Otto Stigeſen, cum alia non contemnenda manu collecta ex plebe veniſſet, quem paulò poſt eodem die deuiciſti. Sic bis victor vno die factus, binisq́; caſtris hoſtium potitus, Ducibúsque ambobus captis, ſecurè caſtra es metatus. Seuerinum paulò pòſt, non ſolum confeſſi facinoris veniam, ſed etiam amplam præfecturam à Friderico adeptum, priſtinæ libertati reſtituiſti, vt omnes inde perſpicerent, te non ſolùm in bello inuictum, ſed & in inimicos tuos in pace beneficum eſſe: quæ tamen ipſe tua ingentia merita, magna cum ſui nominis priſtini & glorioſi infamia, nouo ſcelere priori addito, dedecorauit. Contra enim datam fidem, clam ad Cæſarem Carolum, Regis ſui Chriſtierni II. vxoris fratrem aufugit, eiusq́; partes ſecutus, in obſidione Florentiana (cupiens animoſitatis ſuæ apud exteras nationes exempla edere) fortiter pugnans interemtus eſt, & ſic perpetrati facinoris & violatæ fidei, iuſta præmia recipit. Iam regno aliquo modo pacato, Chriſtiernóque in Noruegia ab alijs proceribus conditionibus circumuento, ipſóque in perpetuum carcerem condemnato, Fridericus in patruelis locum, procerum ſuffragijs rex declaratus eſt, qui regno ad annos decem ſumma cum moderatione præfuit. Quo tandem è rebus humanis ad diuinam patriam ſublato, relictis tribus filijs impuberibus, & tertio Chriſtiano, virilem

ætatem

ætatem ingreſſo, Lubecenſis Reipub. turbatores nonnulli, facto prius fœdere cum Duce Alberto Megapolenſi, & Comite Chriſtophoro Oldenburgenſi, & Danicis quibuſdam Proceribus nouis rebus ſtudentibus, patriæ tuæ bellum acerrimum intulerunt, quod prius geri quàm parari animaduerſum eſt, anno proximo poſt Friderici mortem, veſtratibus in conſtituenda repub. tempore interregni, & deliberationibus de nouo rege faciendo occupatis. Sperabant enim Lubecenſium iſti factioſi ſeſe ciuitatem ſuam tribus regnis Septentrionalibus potitam, Venetijs æqualem reddere poſſe. Tunc tu iterum Reuerende Senex, nactus iuſtam defendendæ patriæ cauſam, & ab extrema ſeruitute vindicandæ, in medium armatus ex tuo caſtro, quanquam vno pede æger per integrum annum fueras, claudicans proſilis, omnéſque priuatos dolores communi patriæ ſaluti poſtponis, nec defuit fortuna audenti ſalutaria. Ilico enim non ſine admiratione omnium, qui id diuinitus contigiſſe religioſè affirmabant, priſtino pedum robori ac agilitati reſtitutus es. Collecta deinde parua manu cum Chriſtiano, Lubecenſes, non procul ab oppido Oetin, deſideratis multis aufugere, Segebergenſem obſidionem relinquere, ac de ſua propria ciuitate defendenda ſollicitos eſſe, coëgiſti, ac poſt hæc Trauemundum vi cepiſti, naues ſubſidio miſſas expugnaſti, ipſamq́ vrbem Lubecam obſidione cinxiſti, breuíque tempore ex 1534.

tuis per te collocatis caſtris tantum effectum, vt pacis
conditiones vobis etiam non inutiles ſuſceperint. Tu
enim eo tempore cum Erico Erickſen, aliâs Banner, &
nonnullis equitum alis ac militum cohortibus in Gothi-
am ſiue Iutlandiam miſſus eras, vt agreſtium multitu-
dinem maxima ex parte rebellantem, aut bona cum
gratia ad priſtinum officium & ſaniora conſilia redu-
ceres, aut armis opprimeres, & meritas ab illis pœnas
ſumeres: cui iniuncto officio ſatisfacere cupiens, oppi-
dum Alborch, in quo ruſtica plebs, Duce Clemente
nauclero congregata erat, fortiter illis defendentibus,
cum tuis feliciter expugnaſti, ſemelq́; non ſine tuorum
dolore, cùm primus vallum conſcendiſſes à ſummo ad
imum deiectus es: ibíque multiplici cæde exempli cauſa
facta, captum viuum Clementem quaſi Regem, plum-
bea corona dedecoraſti, & ſic palo configendum cura-
ſti, meritaſq́; perfidiæ pœnas ab illo exegiſti. Inde in
Wentzhuſel, tribus diuerſis itineribus, cum copijs tuis
contendiſti, ibiq́; vacillantes in fide continuiſti, princi-
pibus factionis ſublatis, reliquos ad officium reduxiſti,
nouóque iuramento obſtrinxiſti.

1535. Hinc in Fioniam cum traieciſſes, plebem etiam
ibi maiore numero congregatam tuis copiolis adortus,
in fugam conieciſti, ac paulò pòſt non procul ab Aſſen-
ſen, in aperto campo ſeorſim ante primos ordines cum
vno equite, te inprimis petente, concurriſti, illúmque
mor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

mortiſero vulnere affectum, de equo, non ſine præſagio futuri euentus deieciſti, ſignóque cæteris dato, exercitum comitis de Oldenborch, iuſta acie ac prælio ſuperaſti, interfectisq́ in illo prælio Comitibus de Hoie & Techelnborch, caſtris hoſtium & vrbe potitus es. Vnde in Selandiam profectus, ibíque plerisq́ locis vi ſubactis, iterum, vt ante decennium, per XIIII. menſes Haffniam obſediſti, defendentibus fortiter vrbem, & tuis virilibus conatibus egregiè reſiſtentibus Duce & Comite, expectantibusq́ à Cæſarianis auxilium, ſperantibusq́ eos occaſioni non defuturos. Quæ opinio illos haud fefelliſſet, ſi tum ex tuo ſingulari conſilio & ſolerti prudentia, certa equitum peditumq́ manus, in terram Groningenſem Cæſari parentem, non fuiſſet miſſa, quæ vicum Dam vallo foſſáque muniret atq́ teneret. Qua re effectum eſt, vt Cæſarianos magis de oppidulo Dam recipiendo, quàm de obſeßis opem ferendo, alienáque ora infeſtanda, cogitare oportuerit, præſertim Carolo tunc Italicis rebus implicato, déq́ Regno Neapolitano ac Ducatu Mediolanenſi defendendo, ſollicito. 1536.
Quare obſeßi in vrbe Haffnia, conſumtis omnibus alimentis, quibus homines veſci poterant, extrema inopia premebantur, ac deſperatis tandem auxilijs, cum illis nihil aliud reliquum eſſet, quàm ex fame lurida mors, ad pedes Chriſtiani III. Ducem & Comitem ſe proijcere, & culpam agnoſcere, delictiq́ veniam petere coëgiſti.

1537. coëgiſti. Quibus rebus confectis, Chriſtianus more Gothorum, Regio diademate ornatus, ac patri ſuffectus eſt. Fuerunt ſequentes anni vtcunque tranquilli, ſed tamen ſemper timendus erat Carolus V. ſemel irritatus, propter affinis ſui captiuitatem. Contigit tamen deinceps, vt bellum exarſerit inter Cæſarem & Iuliacenſem de Ducatu Geldriæ, Galluſq; Rex Iuliacenſem, ſub ſpe matrimonij ſororis ſuæ filiæ, Reginæ Nauarræ, in partes ſuas traduxerat, quibus ſi ſe adiunxiſſet Chriſtianus, ex vſu regni fore exiſtimabat. Ideo te ad percutiendum fœdus cum iſtis duobus, Iuliacum verſus miſit. Sed tu Regem Galliæ, omnes ſuos conatus eò intendere facilè perſpexiſti, vt Cæſarem implicitum aliquibus negotijs redderet, ipſumq; longè à finibus ſuis amoueret. Ducis verò res eo loco eſſe intellexiſti, vt per ætatem ipſe parum aut nihil de bello cogitaret, illi verò quibus bellum demandatum erat, ſegniter rem adminiſtrarent. Quare tu ſumma prudentia, fœdere illo infauſto regem tuum implicare noluiſti, cum ex longo rerum vſu ac noticia didiciſſes, magnos Reges propter priuata commoda, publica ſancire fœdera ac rarò ſancta inuiolatáque præſtare. Id tamen, fauens partibus Regis Galliæ promiſiſti, te legionem veteranorum militum & quingentos equites nigros, ipſius ſumtibus in Brabantiam, ad Martinum de Roſsheim miſſurũ eſſe, & apud Regem tuum tantum effecturum, vt claſſem

ſuam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

ſuam ad depopulandam & infeſtandam oram mariti-
mam inferioris Germaniæ mitteret, & ſic vnà cum
alijs, Imperatoris opes diſtraheret ſiue diſtineret: quod
vtrumq; ſumma fide præſtitiſti. Quantam enim vaſti-
tatem Martinus, adiunctis ſibi tuis copijs Brabantiæ
attulerit, ruinæ teſtantur, & Antuerpia ferè capta,
perenne teſtimonium præbebit. Naues verò, vento
contrario orto, per totam æſtatem optatum curſum te-
nere non potuerunt, ſed tamen homines maritimos, ne
alijs opem ferre poſſent, ſuſpenſos tenuere. Succedente
autem tempore, aliquoties cum Cæſarianis non vno in
loco, vt cum Maximiliano Bureno & alijs de facienda
pace egiſti: quæ colloquia & actiones tam diu irritæ
fuerunt, donec Spiram verſus profectus, vbi cum tuæ
legationis ſocijs ſolerti opera effeciſti, vt Chriſtianus
honeſtis amicitiæ legibus Cæſari Carolo V. iunctus ſit,
catenaq; aurea, grandis valoris, ſicut & collegæ tui
à Cæſare diſcedens donatus es. Qua pace facta domum 1454.
reuerſus, Principes tuos occupatos eſſe in diuidendis
principatibus auitis atque paternis cernens, quod tibi
maximè ex grauiſsimis cauſis diſplicebat (diminui enim
hac ratione potentiam coniunctam videbas, ac facilè
oriri poſſe inter principes ſimultates timebas, quæ ipſis
& patriæ extremam allaturæ eſſent perniciem) te
omni magiſtratu & præfecturis, quibus eras inſigni-
tus, volens abdicaſti, & cum tuis in poſterum honori-

 ficè

ficè viuere decreuiſti, retentis ſolummodo illis, quæ erant vſq; ad mortem tibi literis ſcriptis confirmatæ & meritò datæ. Ille receſſus Chriſtiani priſtinam erga te beneuolentiam plane euertit, ac tali ſuſpitione animum eius pupugit, quaſi alijs ex cauſsis te ab eius negotijs ſubduceres, adiuuantibus clandeſtinis plurimum inimicis (nam virtutem inuidia ſequitur) & nitentibus præſertim eò, vt fictis & futilibus rationibus viam inuenirent, qua alioqui præclarum regem, erga te ingratum efficerent, & vt is ingentis tui beneficij merita, inſigni aliqua iniuria perſolueret. Nam qui apertus tibi inimicus eſſet, rege tum alienato, nemo inuentus eſt. Sed hoc tibi cum clariſsimis Ducibus commune fuit: hi plerumq; in vltimo vitæ actu inuidia circumueniuntur, vt Hannibali, Scipioni, Belliſario, Narſeti contigit, & tua ætate Conſaluo magno accidit, qui non tantum circumuenti, ſed etiam diminuti dignitate, in ipſos iniuſtè illatæ contumeliæ dolore mortui ſunt: tu tamen ipſis omnibus longè beatior ac felicior fuiſti. Rex enim tractu temporis (qui re & nomine verè Chriſtianus erat) intimis animi ſenſibus tua præſtita officia perpendens, téque falſò ab inimicis clandeſtinis (qui apertè aggredi innocentiam tuam non poterant) delatum intelligens, prius à te data ſuo filio fide ac manu, te neceſsitatibus ingruentibus illi non defuturum, additis his expreſsis verbis: ſi filius ea, quæ eſſent tibi ab auo ſuo

ipſoq;

ipſoq; propter ſumma merita vſq; ad mortem collata non reuocaret, ſed rata haberet (non tantum ſic te, ſed etiam filium regis tibi obſtringens) tibi eſt reconciliatus, ſummoq; te in honore, vt antea, ad ſupremos vſq; cineres habuit & coluit. Filius regis quoq; factæ promiſsioni conditionem adiunctam probè intelligens, regia planè indole ſummam erga te beneuolentiam oſtendit, & ſeſe tibi non ſolum iuſta laborum præmia parta conſeruaturum, ſed ſi velles, etiam cumulaturum pollicebatur, cui tum reſpondiſti: nihil te amplius optare quàm ſuam gratiam: tui officij nunc eſſe, veteribus meritis auo ac patri præſtitis iam ferè obſoletis, nouis illa augere & ſplendidiora efficere. Elapſis poſtea paucis annis, Rex Chriſtianus longo morbo paulatim conſumtus, & 1559.
ex his ærumnis ac laboribus (vt illi per ſomnium indicatum erat) ad ſemper manſuram patriam & requiem, per mortem translatus eſt. Continuò regni habenas Fridericus II. Chriſtiani III. filius à patre deſignatus, ſuſcepit. Contigit autem, vt eodem tempore Dux Adolphus ex cupiditate honeſtæ vindictæ, clanculum contra Dithmarſos exercitum conſcriberet (illorum enim terra ſæpius veſtrorum Ducum ac nobilium & popularium ſanguine tincta eſt) cum veſtrates redintegratis viribus, clades fatales à maioribus ſuis, ſed non ſine forti ac virili repugnantia in Dithmarſia acceptas, nouis partis victorijs reſarcire ſtuderent, ac

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

iuſtam ſumere de crudelibus barbaris vindictam properarent: adeo vt contemtis omnibus belli diſciplinis, ſoli confiſi cauſæ & iuſtæ vindictæ, ſe ipſi in paluſtres voragines demiſerint, vbi iniquitate loci circumuenti, & magna cum patriæ calamitate oppreſsi, ingens ſui deſiderium luctumq; ſuis reliquerant. Adolphus igitur, cum Dithmarſos priuatis viribus aggredi feſtinaret, vt hinc maiorem nominis ſui claritatem compararet, & fines ſuos dilataret, perſuaſus ſeu opinans, Fridericum patruelem, mœrore ex morte patris ac rebus regni conſtituendis occupatum, facilè hoc ſibi præſertim armato, conceſſurum. Id tu ſtatim exactæ prudentiæ ſenex olfaciens, adhibito Andrea de Barbij, Epiſcopo Lubecenſi, & filio tuo Henrico (tunc temporis Friderici in Ducatibus vicario) ne ſimultas ac ſiniſtra ſuſpicio inter conſanguineos oriretur, in iſtum ſtatum rem perduxiſti, vt ab omnibus tribus Principibus, publico decreto ſumtuq; bellum contra ſempiternos & auitos hoſtes gerendum, & ſic maiorum oſsibus inſepultis parentandum eſſe, concluſum ſit. Prius rebus neceſſarijs quantùm in tanta feſtinatione fieri potuit, ad id comparatis, Fridericus & Principes die conſtituta cum ſuis, nempe quatuor legionibus peditum, & tribus millibus equitum, in vnum locum conuenerunt, ac te vnum inuictæ virtutis, belli iſtius ducem delegerunt, ſperantes fortunam vt fœminam, à te

factis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

factis generoſis olim ſubactam, ſemper vſq; ad exitum vitæ morigeram fore. Quem honorem primò repudians, iam ferè ſeptuagenarius, ætatis excuſationem adducens, tandem victus illorum precibus ac poſtulationibus, ſuſcepiſti. Ac quando cum principibus hoſtiles fines ingreſſus fuiſti, ſemper eò animum intendiſti, vt principum iuueniles ac generoſos inſitos animis conatus (qui cupiebant aſpera audacter aggredi & pugnam impigrè ciere) ſenili cunctatione reprimeres, & quàm celerrimè poſſes, hoſtium in magnam longitudinem productas triplices foſſas ac munimenta cum legionibus, captata prius temporis & loci oportunitate tranſcenderes, memorabiléque detrimentum, vbi barbari ſeſe ſecuros eſſe crederent, illis inferres. Primò oppidum Meldorp, diuiſo exercitu, tribus locis, vno tempore adortus, non ſine vulneribus tuorum expugnaſti, interfectiſq; multis hoſtibus, cæteris fuſis fugatiſq;, ibi caſtra, tanquam in medio Dithmarſiæ, ſecundum longitudinem, inter Suderſtrandt & Nordtſtrant, quibus duobus locis flos & robur militiæ Dithmarſicæ habitare ſolet, poſuiſti: atq; ſic eorum copias, ne coniungi poſſent, diremiſti ac ſeparaſti. Inde in Suderſtrandt cum parte copiarum profectus, reliquis copijs in caſtris & apud principes manentibus, eo conſilio, vt ſi fortè reliqui Dithmarſi periclitantibus Suderſtrandienſibus opem ferre vellent, illis obijci poſſent: quo in

loco maxima ſtrage edita, reliquam multitudinem, exercitu circumdato ſine vlla conditione ſeſe dedere coëgiſti: quorum pars Holſaticis carceribus vſq; belli exitum damnata, pars Albim deportata alienis oris impoſita eſt. Tertiò Heydam, quæ Dithmarſorum nobile Emporium fuit, cum principibus circa veſperam caſtra mouens, per noctem contendiſti. Inde non procul ruſtici, adductis tormentis, infeſtis ſignis, cum equitibus veſtris ex longa nocturna ac diurna profectione laſſis & defeſſis, cunctantibus nonnihil tuis militibus, & diutius, quàm par erat, in itinere hærentibus, audacter arma contulerunt. Ibiq; tui omnes principes, primis in ordinibus hoſtes aggreſſi, ſinguli ſpecimen virtutis ediderunt, & maioribus ſuis fuſo ſanguine hoſtium litarunt. Dux Adolphus fortiter pugnans, grauiter vulneratus eſt. Ab hoſtibus tribus vicibus prælium redintegratum eo euentu, vt maxima pars illorum vitam, reliqui ſuperſtites, diu defenſam barbaricam libertatem ac terram ipſam amiſerint, veroſq; eo die tuos principes Dithmarſiæ Duces effeciſti. Quo bello conficiendo, non ſolùm acutiſſimi Ducis nomen, qui nihil abſq; ſummo conſilio ſuſciperet, ſed etiam humaniſſimi tibi comparaſti (Si enim acerbè vindictam exercuiſſes, fraternus amor te excuſare potuiſſet: Vnum enim fratrem tibi Dithmarſi ante 59. annos fortiter pugnantem interfecerunt) Tu tamen contra multorum ſententiam

tiam quingentos Dithmarſos, alioqui trucidandos, Friderico Rege in tuam ſententiam traducto, incolumes conſeruaſti, te palam humanum ducem belli eſſe glorians, non carnificem. Orta deinde ſeditione inter Legiones, qui inhiantes ruſticorum bonis diſcedere è finibus nolebant (cùm tamen excepta Schoneuueſij Legione parum vera virtute dignum edidiſſent) tu Dithmarſis nonnullis reſtitutis armis, Legionibusq́ diuerſa in loca ablegatis, tormentisq́ abductis, adiunctis equitibus vi & metu ad imperium redire & ex prouincijs veſtris ſine maleficio diſcedere coëgiſti. Hoc vltimo virtutis tuæ ſpecimine edito actum concludere, volubilemq́ fortunam non vlterius periclitari, ſapienter decreuiſti. Quare te iam fortunatum ſenem appellare non vereor, cum in tempore manum à tabula ſemouere didiceris, ornatusq́ iam ſis omnibus muneribus, quibus vllus vnquam inter Cymbros tui ordinis ac loci cohoneſtatus fuit, ac tribus Regibus, Friderico I. Chriſtiano III. & Friderico II. victrici manu ſingulariq́ prudentia cum cæteris proceribus, diadema regium impoſueris, receperisq́ profuſi ſanguinis & laborum tuorum iuſtam mercedem, eaq́ nunc lætus cum duobus filijs ad ſimiles honores ex parte prouectis, & magna nepotum ſummæ ſpei caterua lætus frueris, extructis ædificijs multis regio luxu, ex quibus vnum Bredenberg, cum munitiſsimis, aliud Bothkamp cum orna=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

ornatiſſimis in tota Cymbria arcibus conferri queat. Hoc tibi nunc ſupremi laboris ſupereſt, vt cùm tua anima ex hoc ergaſtulo liberata erit, Corpus tuum religioſis in monumentis maiorum, ad ſpem reſurrectionis pauliſper cum pompa funebri tuorum nepotum brachijs deponendum cures. Poſtremò opto, vt ſolita vtens erga Deos pietate, te diu incolumem Regi ac Principibus tuis, patriæ, filijs & nepotibus Deo opitulante conſerues.

SVB EFFIGIE IOHANNIS RANTZOVII EQVITIS AVRATI.

DEVS trinus & vnus te longè hoſpitet, & in hoc viuidæ ſenectæ robore diu fœliciter conſeruet, fortunate ſenex: quem ex equeſtri & peruetuſtæ nobilitatis apud Holſatos Saxones Rantzouiorum familia natum, ſyderum inclinatione, Genius, diuumq́ gratia, per bellicas virtutes ad iuſtam fortunarum atq́ gloriæ ſacietatem, extulerunt. Quò iam tum contendere es viſus, quando proximus pubertati, à patris morte, arrepto domi equo, ad vicina caſtra euolaſti. A quibus profectiore ætate, in Angliam, Hiſpanias, Italiam, Cretam, Aſiam, Syriamq́ progreſſus, & apud Hieroſolymas militari balteo honeſtatus, ex tam longa, & periculis varijs obnoxia peregrinatione, non modo id hono-

honoris inſigne, ſed animum plurima variarum rerum, inprimisq́ exquiſitioris diſciplinæ militaris cognitione inſtructum, ad patriæ optimorumq́ Principum tuorum Holſatiæ Ducum, cultum retuliſti. Eam, cum infracto animi corporisq́ robore, temporibus ita poſtulantibus, in campum produxiſſes, re ipſa comprobaſti non pugnantium numero, ſed Imperatoris atq́ militum virtute conſtare inſignes victorias. Sed ala vna equitum & quatuor peditum Germanorum cohortibus poſt edomitam Haffniam Daniæ regum permunitam ſedem, ſupra quindecim Scandianorum millia, bis eodem die, diuerſis locis acie victor, ducibus captis, profligaſti. Quo fœlici rerum ſucceſſu, & pacis fundamenta à te iacta ſunt, & Borealis nobilitatis attritus, laceratusq́ ſub Chriſtierno II. immanis crudelitatis Rege, ſplendor, & tranquillitas reuixit. Nam hinc eius ſpes, qua ad regna Septentrionalia reſpiciebat, ex fuga, in quam ſe coniecerat, ſcelerum vltricibus Diris conſciam mentem impellentibus, plane imminuta fractáq́, aditus verò ad regni faſtigium patefactus fuit optimo Principi tuo Frederico Holſatiæ Duci, In quo ille iuſtè, clementer, pieq́ vſq́ ad vitæ exitum verſatus & ſubditorum de ſe expectationi vndiquaq́ ſatisfecit, & fidei meritorumq́ tuorum magnitudinem regia liberalitate agnouit. Ab eius è rebus humanis exceſſu, cùm noui popularium motus per Daniam excitarentur, Lu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

becenſium quidam, rerum nouandorum ſtudioſi, inopinato ſe in patriam tuam, cædibus atq; incendijs latè effundebant: Autor Principi tuo Chriſtiano, Friderici filio, Holſatiæ Duci fuiſti, vt inter initia Lubecam inuaderet. Quod cum te duce adminiſtrari iuſsiſſet, id dexteritate conſiliorum, atq; actionum tuarum celeritate conſequutus es, Vt Lubecenſes, fuſis fugatisq; ad Oetinum eorum copijs, non modo ad ſaluendam Segeberſis caſtri obſidionem, ſed Trauemunda atq; nauibus aliquot captis, vrbeq; ipſa obſeſſa, cùm belli ſumtus, & dilabentem mercimoniorum quæſtum ferre ciues diutius, aut non poſſent, aut non vellent, certam pacem, ſperatæ victoriæ præferre maluerint. Quæ eò liberalius afflictis conceſſa fuit, te Cymbricos motus coërcente, quò magis Principis atque patriæ tuæ interfuit, vicinam hanc flammam reſtingui, & tot ſimul enaſcentium hoſtium vires diduci. Nam factioſorum quorundam Danorum motus, Albertus Megapolitanus Dux, & Chriſtophorus Oldenburgenſis Comes iuſtis exercitibus tuebantur, Haffnia regali, munitioribusq; locis occupatis, quorum vires per Baltici maris inſulas diffuſas, cum ſigillatim adoriundas cenſuiſſes, Idq; tuum ſalutare conſilium Chriſtianus Princeps approbaſſet, per continentem traductis copijs, primò Cymbricos Iutas fœliciter aggreſſus, Alborgo vi expugnato, ac deletis aduerſariarum partium copijs, redactisq; in

ordinem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

ordinem ſacrorum Papiſticorum nonnullis præſulibus, qui ſe hominibus nouandarum rerum ſtudioſis duces autoresq́ præbuerant, non minimum Danici regni tractum Principi tuo conciliaſti. Proxima erat Fionia, vbi valido hoſtium præſidio, Aſſenſe oppidum tenebatur, & cum iuſto exercitu Germanorum illuſtres Comites, Iohannes & Hoya, & M. Techelnborch alijsq́ ſtrenui alarum atque cohortium Duces excubabant. At tu nihil hoſtium potentia territus, traiecto mari, cùm obſidionem Aſſenij ſtrenuè cepiſſes, incumbentibus eius ſolutioni Comitibus, laudabilius exiſtimaſti, producto in patentes campos milite, prælij aleam ſubire, quàm intra caſtrorum munitiones obſeſſi præbere ſpecimen. Itaq́ cum iuſta acie, loco ab hoſtium præſidio editiori confligeres, inſigni victoria, quæ comitem vtrumq́ multosq́ fortes viros abſumſit, eoq́ arridentis fortunæ progreſſu, tota inſula potitus es. Hinc in Selandiam itum, in qua expugnatis propugnaculis, & ſubditis pacatis, reſtabat vna Haffnia regum ſedes. Et tum illuſtrium virorum atq́ veterani Germanici militis præſidio, tum ſuis munitionibus aduerſus omnem vim inſigniter armata, fama ſubigenda fuit. Quòd poſt XIIII. obſidionis Menſem fœliciter ceſſit, eoq́ maiorem Principi tuo clementiæ atque moderationis gloriam peperit, quò ille indulgentius ad Saguntinam (vt aiunt) tamen adactus, dimiſſo ſine noxa præſidio, eiuſq́

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Ducibus, ignouit. Hac via Chriſtianus Princeps, verè Chriſtianus, cùm ſeditioſis hominibus Daniam purgaſſet, diademate Regio procerum conſenſu ornatus, per omnem vitam, conſilia actionesq; ſuas maximo ſubditorum commodo & gratulatione eò retulit, vt luſtrico nomini eſſent conſentaneæ. Qua excellenti virtute perpetuáque fœlicitate impulſus Carolus Cæſar, qui alieniore à Chriſtiano Rege animo, ob Chriſtierni ſorori ſui cuſtodiam, liberis eius incitantibus, erat, potius te paucisq; alijs actioribus, cum illo in gratiam redire, quàm huius deformatam ſceleſtiſsimorum delictorum turpitudine cauſam, perſequi voluit. Sic aucto confirmatóque Principis tui imperio, cùm iam Sexagenarius, ab aula ad quietem reſpiceres à liuidorum oculis atque dentibus ſemoueri tuus receſſus tam longè non potuit, quin abſentis gratia apud optimum regem attrectaretur. Quod tu eò nobiliori propoſito negligendum exiſtimaſti, quò certius ſtatuebas, gratiſsimi beneuolentiſsimiq; Regis animo, tot aduerſis proſperè ſpectatam cum extremo vitæ diſcrimine fidem, integritatemq; tuam, maleuolorum obtrectationibus eximi nunquam poſſe. Neque tua te fefellit opinio, quando decedente corporis vigore, te ſolita gratia complectus, Friderico filio, Regi deſignato, ingenuè commendauit. Quem à patris morte, cùm patruis Iohanne & Adolpho Holſatiæ Ducibus in Dithmarſos, gentem fero-

cem,

cem, & hactenus pro inuicto habitam, vindicantem, cano & pene ſeptuagenario capite ſecutus, delatum communi Principum conſenſu, Magiſterij equitum munus, vt modeſta ætatis excuſatione declinare voluiſti, ita ſtrenuè poſtulantibus Principibus ſuſceptum, tutatus es, nunquam priſtini vigoris robore intermiſſo, Sed eius ſecundiſsimi belli tandem, ſicut libenter & meritò ad Regis atq; Ducum gloriam refers, qui vtiliter conſulendo, atque fortiter pugnando, clariſsimorum Heroum munera impleuerunt: ita viciſsim tuam, tot antea victorijs, partam Lauream, hoc clementiæ encomio ex eo bello non inuiti reddent ornatiorem, quòd ſupra quingentos Dithmarſos, qui aduerſum te in acie cōſtiterant, cùm proiectis armis extrema experiri non vellent, nonnullis eos ad necem poſcentibus, humaniore animi decreto, viuos incolumesq; conſeruaſti, cùm eorum ſanguine, interemti olim fratris manibus litare potuiſſes. Cuius facti memoria ingraueſcenti nunc ætati tuæ eò dulcior procul dubio eſt, quò magis perpetuum animi tui propoſitum, nunquam mercenariæ externorum militiæ, ſed vni patriæ, eiuſq; legitimis Principibus ea moderatione obſtrictum, vt victricis manus robore, clementi erga proſtratos, indulgentia pro merito temperares, hos velut extremo actu confirmare es viſus. Igitur ætatis veniam legitimo iure conſecutus, viue in poſterum, tot exhauſtis fœliciter belli labori-

 bus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

bus, diu fœlix atque incolumis, in tuis priuatis ædi-
bus, quarum alteras Bredenbergi, perductis iuſtis munitionibus atque propugnaculis, ſolo depreſſo ad Storam reciproco æſtu fluctuantem: Alteras Italicæ elegantiæ imitatione, Bethcampij editiore ſpecula ad lacum Biſſenam magno ſumtu excitaſti: & inter grauiſsimas conſultationes, quibus præſentem animi vigorem, cum ſuo Genio, tum diligenti rerum obſeruatione ad circumſpecti iudicij acumen perductum, Regi, Principibusq́; tuis fideliter impertis: te rerum geſtarum recordatione, & fœcunda ex tribus liberis nepotum neptumq́; ſobole oblecta. Quos vt virtutis tuæ imitatione digna te patre, auoq́; ſectari atq; conſequi videas, vtq́; tranſcurſo mortalis vitæ ſpacio, piè ſanctéque ad beatorum ſedem hinc emigres. Id tibi concedat inexhauſtæ bonitatis & clementiæ numen æternum.

AMEN.

EPI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

EPITAPHIVM.

IOHANNI RANTZOVIO nobili Holſato, qui poſt ſuſceptum balthei militaris decus, & perluſtratas remotiſſimarum gentium prouincias, quantum pacis bellique artibus, omnibusq́ corporis atq́ animi eximijs bonis eniti potuit, id omne ſecundum pietatem in DEVM, vni patriæ eiusq́ laudatiſſimis Principibus, Friderico I. Chriſtiano III. & Friderico II. Danorum ex ordine Regibus, huiusq́ patruis, Iohanni & Adolpho Holſatiæ ducibus impendit, feliciſſimo euentu, vtpote ſummus cum iuſto Imperio Dux, exortis ſubinde bellis deſtinatus, ſemper victor, qui præter copias deditasq́ vrbes atque arces, profligatos eiectosq́ procul Cymbricis & Holſaticis finibus hoſtes, in ordinem redactos, Papiſticorum ſacrorum ſeditioſos antiſtites, rebelliumq́ Thiethmarſorum contuſam & fractam armis contumaciam, octies patentibus in campis, diuerſis prælijs ſuperatas hoſtiles acies, vel ab ipſius indulgentia, vel à fœda fuga vitam coëgerit impetrare, illuſtri, & fidei erga patriam eiusq́ Principes, & clementiæ erga victos gloria, quam ad fatalem maturæ ſenectutis horam, ſine fortunæ ludibrio perduxit, ſicq́ domi ſuæ, ætatis veniam nactus, omnibus animi ſenſibus

bus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

bus integris, in chariſsimæ coniugis, Filiorum atq; nepotum complexu, æterno numini ſpiritum, à quo acceperat, firma in Chriſtum fide, & certa reſurrectionis ſpe confirmatus, reddidit, Henricus & Paulus filij, parenti cariſs: mœrentes poſuere.

Obijt Anno Domini M. D. LXV. Die XII. Menſis Decemb. Cum vixiſſet annos LXXIII. & Menſ. I.

IN TVMVLVM

IOHANNIS RANTZOVII,

EQVITIS AVRATI.

HIc ſita RANTzouij ſunt frigida membra IOhan-
Inclyta cui virtus nomen equeſtre dedit. (nis,
Qui diadema tribus, procerum ſtatuente Senatu,
Regibus Arctois, impoſuit manibus.
CHRIſterni pepulitq; duces virtute ſecundi,
Eiecit regni ſedibus eq; tribus.
Quid referam Comites, populos, domitasq; tot vrbes?
Bis redijt cæſo victor ab hoſte quater.
Dania teſtis erit, bello concuſſa Lubeca,
Hoc duce quæ capta eſt, Haffnia teſtis erit.
Naucleriq; feros compeſcuit ille tumultus,
Intulit & rigidis ſigna tremenda Iutis.

Ille

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Ille armis fruſtra toties bellisq́ petitos,
Tempore Dithmarſos contudit exiguo.
Quemq́ ferox multis Dithmarſia fuderat annis,
Cymbrorum vindex ſanguinis ille fuit.
Singula quid referam? nil non laudabile fecit,
Conſilio felix, Marte, togaq́ fuit,
Auſpice multa Deo, primo ſub flore Iuuentæ,
Pro patria geſſit multaq́ bella ſenex.
Vt charus patriæ, charis iucundus amicis:
Hoſtibus aduerſis ſic metuendus erat.
Quid ſtructas ædes memorem, magnoq́ labore
Condita magnanimi tot monumenta viri?
Qui licet exhauſtus ſenio ſua fata ſubibat,
Viſa tamen patriæ eſt mors properata nimis.
Hoc duce quæ caret & quondam fortaſſe carebit
(Quòd tamen in ventos omen abire velim)
Adde quòd & manſit iam ſuccedente ſenecta,
Corporis integritas ingeniiq́ vigor.
Vnde futurarum prudentia maxima rerum,
Perpetuò conſtans iudiciumq́ fuit.
At poſtquam curſum, dederant quem fata, peregit,
Defecit caſto coniugis in gremio.
Terrores metuens nullos, ſolatia ſenſit
In CHRISTO moriens iuſtificante fide.
Vita vale, dixit, ſpes & fortuna valete,
Lubrica vos, vera eſt nunc mihi parta quies.

DE OBITV IOHANNIS RANT-ZOVII, EQVITIS AVRATI, ex Cancellaria Regis Daniæ.

CVM placido vitæ mutaſſet tempora fato
IOHANnes heu Rantzouius,
Luxerunt nati, coniunx, Holſatica tellus,
Vno ore plangentes patrem.
Mars tumulo impoſuit laurumq́, zonamq́, trophœumq́
Et hoſtibus demtas opes.
Pax etiam, aut concors huic, aut contraria Marti
Amantem laudauit ſui.
Fama hinc diſpergens latè ore manuq́ ſecuta eſt
Virtutum teſtimonia.
Qualiter hunc igitur vixiſſe putabimus annis
Luſtrorum bis ſeptem & tribus?
Tot namq́ hic vixit, quem Mars, Pax, Fama peremtum
Requirant, laudent, efferant.
Eia cum natis coniunx viduata marito, Et pia
Et patria lugeant patrem.

EPITAPHIVM STRENVI, NOBILIS, MAGNANIMI ET FORTISSIMI VIRI, D. IOHANNIS RANTZOVII EQVITIS AVRATI, & trium Regum Daniæ conſiliarij, qui feliciter in Domino 12. Decemb. Anno 1565. obdormiuit.

HOc ſunt RANTzouij ſub marmore condita mem-
Sanguine qui claro, nobilitate vigens. (bra,

Qui

Qui proauos, atauos potuit nnmerare beatos,
Qui patriæ fuerant gloria, fama, decus.
Qui virtute ſua, multis & dotibus, amplæ
Inclyta Rantzouiæ gloria gentis erat.
Qui patriæ regumq́; decus florentibus annis,
Spes & amicorum præſidiumq́; fuit.
Militiæ titulos virtus cui contulit alma,
Contulit & nulla parte maligna fuit.
Sors & diuitias largas artemq́; fruendi
Quæ dederat, ſummis fecerat atq; parem.
Irruerat quando hoſtis atrox, ter Cymbrica regna
Finibus Holſatis bella cruenta parans,
Auſpicibus ſuperis preſſit fera prælia Martis,
Amiſit vires anxia turba ſuas.
Corporeisq́; bonis nunquam vitæúe pepercit
Pro regis ſalua proſperitate ſui.
Impiger, aſsiduus, celer, imperterritus, arcer,
Præfectus pacis militiæq́; fuit.
Quem nil pro patria mouit tot adire labores,
Nec calor, aut nimbis horrida bruma ſuis.
Contigit à Domino, fuit & facundia dulcis,
Atq; ſagax animus, fertile conſilium.
Tranquillus, placidusq́; bonis, crudelibus atrox,
Autor & integræ relligionis erat.
Quumq́; fuit natus bis ſeptem luſtra, ſed annos
Adiungens ternos, contudit oſſa dolor.

Tunc illi dulcem ſecuerunt pollice vitam
Numina, quæ vitæ mollia penſa trahunt.
Contigit in Chriſti requieſcere molliter vlnis,
Et ſummum clara luce videre Deum.
Ergo præteriens vrnam hanc dic candide lector,
Rantzouij in Chriſto molliter oſſa cubent.

IN TVMVLVM D. IOHANNIS RANTZOVII EQVITIS AVRATI.

CONditur hoc tumulo rara pietate IOHANNES
RANTzouius, claro ſtemmate natus Eques.
Regibus impoſuit tribus hic diadema ſuperbis,
Fertile Danorum qui coluere ſolum.
E quibus iniuſtè Chriſternum bella mouentem,
Sedibus auertit Marte potente tribus.
Fnera recuſantes multas compeſcuit vrbes,
Submiſitq́ ducum colla ſuperba iugo.
Dania ſæpe ſuum norat fortiſsima nomen,
Senſit & illius pulcra Lubeca manus.
Quæ tulit illius Schoningia ſigna triumphi,
Oetinum & pariter terra Fiona refert.
Eſt & adhuc memor hoſtilis Iudlandia cladis,
Nauiclerum domuit qua ſua dextra trucem.
Omine teſtis & eſt pugnans Dithmarſia nuper
Infauſto, cuius mœnia victa iacent.

Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Sic felix fuit & fortem ſe præſtitit, vt cum
Conſereret victor bis quater, hoſte manus.
Quid referam mores mixtos grauitate decora?
Quid, quod erat iunctum cum bonitate decus?
Integer ipſe fuit maculis non oblitus vllis,
Atq; tulit ſortem, qualiter illa fuit.
Conſilijs populum dubitantem iuuit honeſtis,
Iuuit & afflictos pro bonitate viros.
Rebus in ambiguis vultus non ſumſit acerbos,
Nec fato elatus proſperiore fuit.
Sed mens illius certo deducta tenore,
Quod fuit ante pedes, excutiebat opus.
Hinc ſua clara viget geſtarum gloria rerum,
Omnibus ipſius eſt cognita fama locis.
Sed poſt quam ſenio confectus & integer æui
Senſit ſe vitæ continuaſſe viam,
Spéque fidéque Deo certus conſtanter adhæſit,
Et ſic voce pia cùm moreretur, ait:
Reddam animam Chriſto, mea pignora cara valete,
Et tu me gremio ſuſcipe Chriſte tuo.

VERSVS CONTINENS NVMErum anni, quo obijt IOHANNES RAntzouius Eques auratus.

TeMpore qVo Vere ſVbIIt ſVa fata Iohannes
RantzoVIVs, VerſVs Denotat eXIgVVs.

QVERELA STORÆ FLVVII.

RIuule cur præter ſolitum tuus humor abundat
Dic Stora? lucidulam quis tibi turbat aquam?
RANTzouij miſerum me triſtia funera turbant,
Creſco ego de lachrymis perditus ipſe meis.
Ille erat heu ſummi viuens mihi cauſa decoris,
Ille mihi moriens abſtulit omne decus.
Ne mihi quis lympham violaret, condidit arcem
Me prope depreſſo, Palladis arte, ſolo.
Extinctum plangant Pax & cum Marte Minerua,
Relligio, Charites, Cymbrica terra patrem.

EPITAPHIVM STRENVI VIRI, D. IOHANNIS RANTZOVII, EQVITIS AVRATI, qui obijt poſt natum Chriſtum, Anno 1565. die 12. Decemb.

QVæ lector celſis inſignia iuncta columnis,
Quæq́; opera è Pario marmore facta vides,
Inclyta RANTzouij ſunt hæc monumenta IOhannis,
Frigida defuncti ſub quibus oſſa cubant.
Hic dum viuebat nulli virtute ſecundus,
Militis aurati nomen adeptus erat.
Nam firmi vegetus iuuenis cum corporis eſſet,
Senſit & ingenij munera magna ſui.

Per

Per varios populos longinquaq́ climata terræ,
Immenſum ad Solymas per mare fecit iter.
Vnde illi rerum prudentia magna parata eſt,
Vt poſſet patriæ commodus eſſe ſuæ.
Cum Daniæ primus Fridericus ſceptra teneret,
Edita ſunt fidei plurima ſigna ſuæ.
Poſtea felici Clementem Marte profudit,
Iutica cùm fureret ſeditione cohors,
Obſidione premens Aleburgica mœnia, ciues
Rex Chriſtiane tuo ſubdidit imperio.
Chriſtophori Comitis dum rura Fionia miles
Vaſtaret, victrix hic quoq́ dextra fuit.
Haffnia cum nollet clauſis ſe dedere portis,
Miles in hac præſtans obſidione fuit.
Schanica Meiero deuicta fera agmina capto
Compulit & domini ſubdere colla iugo.
Extera funeſto ſtreperent cum bella tumultu,
Strenuus audaces mouit ad arma manus.
Publica res timidis tremuit quando anxia curis,
Conſilio patriæ profuit ille ſuæ.
Seu res conſilijs fuerat ſeu Marte gerenda,
Regibus ille ſuis fidus Achates erat.
Nobile Rantzouicum generoſo à ſtemmate nomen
Nobilius factis reddidit ille ſuis.
Bis ſeptem luſtris quum tres adiunxerat annos,
Vitaq́ iam finem cœpit habere ſuum,

Preſſa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Preſſa graui ſenio gemerent cum mem bra dolore,
In Chriſto moriens leniter occubuit.

EPITAPHIVM IOHANNIS RANTZOVII, EQVITIS AVRATI, IN QVO primum Diſtichon continet annum Chriſti, quo obijt, & primæ literæ maiuſculæ nomen autoris.

HOLſatIæ RantzoV DeCVs & tVteLa Iohannes
HVC poſtVs, LaVDIs VIX poLVs Ipſe CapaX.
I mberbi Solymas mento qui venit in oras,
Rettulit auratæ militiæq́; decus.
N ec non Chriſtano, Fridericis atq; duobus,
Tradidit Arctoi ſceptra regenda ſoli.
R ectori quod erant Atridæ, Neſtor, Achillesq́;,
Id tribus his ſolus regibus ille fuit.
I llius eſt fractus Chriſternus fortibus armis,
Cederet vt regnis Marte cadente tribus.
C hriſtophorum, comitemq́; huius quoq; Marte ducemq́;
Albertum, nigri qui bouis ora gerit,
V aſtaq́; ſanguinei renouantes bella Gradiui,
Ad regis conſtat procubuiſſe pedes.
S enſitq́; infelix inuictas Hafnia vires,
Illius auſpicijs Hafnia capta pijs.

Roſtratæ

R oſtratæ memorare poteſt quis prælia claſsis,
Pro tanti dignè conditione ducis?
A lta ſed immenſæ referam veſtigia vitæ,
Et quoties hoſtis copia ſtrata ſui.
N orbius ingenti venit obuius agmine primum,
Eſt vbi Scandiaci grandis eremus agri.
T rita videns ſocij ſed Otho Stigeſenius arma,
Hic vno dixit, bina trophæa die?
S unt etiam nobis vires, vel præſtet Achillem,
At vix intuitus terga pudenda dedit.
O bſtitit & Marcus Meyer, cum dira moueret,
Quatuor in partes is laceratus obit.
V dus adhuc Oetinus habet fera ſigna cruoris,
Cæſorum varijs oſsibus albet humus.
P eſtifer hos ſequitur Nauclerus in ordine quartus
Succeſſum & vires ſperat habere ſuas.
A t non Holſaticus cedens nec territus Heros,
Obuia victrici tendit ad arma manu.
T urbatum ſuperatq́ Ducem ſtringitq́ catenis,
Firma procul muris non Aleburga tuis.
R egali donat ſceptro, plumboq́ coronat,
Tunc vbi ſupplicijs afficiendus erat.
I nfauſtos etiam Comites extendit arena,
Hic vbi Taurinus mons iuga celſus habet.
F ormidata olim totis Dithmarſia regnis,
Hoc duce principibus colla premenda dedit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Et quamuis validis pugnarit fortiter armis,
In tribus eſt tandem victa cruore locis.
Cætera quæ reſtant Sophocleo digna cothurno,
Cantet cum claris Holſata terra Danis.
Ipſe Deus verò talem vileſcere gemmam
Non paſſus, cœli traxit ad aſtra vagi.

DE ARMIS IOHANNIS RANTZOVII, EQVITIS AVRATI, QVORVM *ſuam partem Henricus &c. Rantz. filius, donauit fratri Paulo.*

DIuidere arma patris cùm vellent bellica nati,
Corpore quæ proprio geſſerat ipſe ſuo,
Mars clypeum abiecit, dixitq́; ô parcite nati,
Parcite, in his aliquid Mars quoq; iuris habet.
Quæ toties genitor defendit ab hoſtibus arma,
Turpe, ea ſi natis diripiantur, erit.
Integra, dante Deo, poſt triſtia fata manebunt,
Vt ſacra, dum vixit, tutaq́; ſemper erant.
Ergo dedit Paulo, fraterni pignus amoris,
Henricus partem, Marte monente, ſuam.
Exoptatq́; armis cum laude vtatur yſdem,
His vſus genitor qualiter ante fuit.

Dem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Dem Durchleuchti-
gen / Hochgebornen Fürſten vnd Herrn / Herrn Adolfen / Erben zu Norwegen etc. Hertzogen zu Schleſzwigk / Holſtein / Stormarn vnd Ditmarſchen / Grafen zu Oldenburg vnd Delmenhorſt / vnſern gnedigen Fürſten vnd Herrn.

DUrchleuchtiger Hochgeborner Fürſt / E. F. G. ſeindt vnſere gehorſame / vnterthenige / vnd gantz willige dienſte mit höheſten fleiſs ſtetz zuuoran. Gnediger Fürſt vnd Herr / Wir mügen E. F. G. vnterthenigen / doch mit betrübtem vnd bekümmerten hertzen vnd gemüte nicht verhalten / das der Allmechtige ewige Gott / nach ſeinem Göttlichen gnedigen Veterlichen willen / vnſern hertzlieben Vater Ern Johan Rantzouen Rittern / nach langwiriger Leibs ſchwacheit / an heute dato auff den mittag vmb zwölff Vhren / aus dieſem elenden Jamerthal / zu ſich in die ewige freudt vnd Ruhe gefordert / des Seelen der HERR gnedig vnd barmhertzig ſey: Vnd iſt aber vnſer freundtlicher hertz lieber Vater / gantz Chriſtlich vnd herrlich / mit gar ſchöner andacht / on alles Wehe vnd quale / in groſſer gedult / In IESV CHRISTO verſcheiden: welchs vns widerumb ſo viel mehr In dieſer hochſchmertzlichem / vnd beſchwerlichen betrübniſſe / troſt gibt. Was nun vnſer freundtlicher lieber Vater E. F. G. hie vormals durch

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

derſelbigen Doctorem vnd Medicum in vnterthenig⸗
keit an zuzeigen befohlen / werden E. F. G. von jme
in gnaden one zweiffel vernomen haben: Dabey Er
vnd Wir jtzund das beruhen laſſen. Weil denn Ewer
F. G. vnſer lieber Vater vnterthениger Diener gewe⸗
ſen/ vnd E. F. G. vorfahren vnd derſelben Landt vnd
Leut / mit allen trewen gemeint/ achten wir / es werden
E. F. G. dieſes mit vns ein Chriſtlich vnd Fürſtlich
mitleiden tragen. Ob wir nuhn wol entſchloſſen
weren / vnſern Vater zu Itzcho/ Zum Chriſtlichen
Begrebnis/ als er vns in ſeinem letzten / wie auch ſein
Teſtament mitbringt / befohlen / beſtedigen zu laſſen /
ſo iſts doch an dem / weil daſelbſt der ſchedlich Gifft der
Peſtilentz eingeſchlichen vnd noch teglich graſſirt /
das wir E. F. G. vnſere verwandte vnd Freunde /
ſo ein Abſchew dafür tragen / nicht zu beſchwehr for⸗
dern können. Derhalben wir jnen in ſeiner Kaſpel
kirchen Bredenberge eine zeitlang nider ſetzen wöllen/
bis der liebe Gott die zugeſchickte Rute widerumb ab⸗
wendet: Als dan / wie vnſers Vatters letzte bitte/vnd
ſein Teſtament vermacht / vollenziehen vnd zu Itzcho
Chriſtlichen begraben laſſen wollen. Vnd bitten hier⸗
mit vnterthenigſt fleiſſig / E. F. G. wollen als denn /
welchen tag dieſelben in Vnterthenigkeit hierzu ge⸗
fordert werden / vns hier in Fürſtlichen beiſtandt / vnd
vnſerm Vatter den letzten willen leiſten helffen. Da
aber E. F. G. zu der zeit verhindert/ vnd Perſönlichen
dem Chriſtlichen Begrebnis nicht beyſein würden /
So bitten wir dennoch Vnterthenigen/ vnd zweiffeln
auch nicht / E. F. G. werden jre Verordenten darzu
ſchicken; Angeſehen das vnſer lieber Vater seliger /

E. F.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

E. F. G. trewer Diener geweſen / vnd was er mit ſei-
nen Vnterthenigen dienſten nicht verdienet/ das wollen
wir in Vnterthenigkeit nach vermůgen gerne thun vnd
leiſten / Mit gantz vntertheniger bitte / E. F. G. wollen
nicht weniger / wie dieſelbigen vnſers ſeligen Vaters
Gnediger Herr geweſen/ vnſer auch Gnediger Herr
ſein vnd bleiben. Ewer F. G. ſampt derſelbigen viel
geliebten Gemahel / Gott dem Allmechtigen/ in lang-
wiriger glücklicher Regierung vnd Leibs geſundtheit
zu friſten vnd erhalten getrewlich empfehlend. Datum
Bredenberg den xij. Decembris. Anno. M.D.LXV.

E. F. G.

Gehorſame vnterthone
vnd gantz willige

Heinrich Rantzow. Pawel Rantzow.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Johans von Gottes Gnaden / Erbe zu Norwegen / Hertzog zu Schleſwigk / Holſtein / etc.

Den Erbaren vnſeren lieben getreuwen Heinrich vnd Paul Rantzouwen gebrüdern / zum Breidenberg vnd Bothkampe / Erbgeſeſſen.

ERbarn lieben getreuwen / Wir haben ewer ſchreiben / darin vns ewres ſeligen lieben Vatern / Ern Johan Rantzouwen Ritters / Tödtlicher abgang vormeldet / neben anzeigung / mit was Chriſtlicher andacht vnd geduldt er ſich jn ſeinem letzten / ſtandthafftig begriffen vnd ergeben gehabt / vnd das jr vns demnach vnterthenig erſuchen vnd bitten thut / Im vnd euch zu ehren / ſeiner künfftigen Begrebnis / mit bey zuwonen etc. gnedig empfangen vnd vernomen. Vnd eben als wir aus Fürſtlicher zuneigung / ſo wir zu ewrem Vater / als einem alten woluerdienten getrewen Vnterthanen / getragen / ſolchs ſeines Tödlichen abgangs ein gar gnedig Mitleiden gefaſt / vnd wol günnen (wenn es dem Almechtigen alſo gefellig geweſen) das er weiter gefriſt / vnd zu mehrem alter gelanget / Alſo auch haben wir

bey

bey vns leicht abzunemen / das euch / als den Sönen/ aus angeborner liebe ſolcher Fall vmb ſo viel mehr zu hertzen/vnd nicht one bewegen abgehet. Weil aber die Schuldt der natur eins in dieſer zergencklichen Welt ſoll vnd mus bezalet ſein / ſo werdet jr ſolchs dem Allmechtigen / als vnwiderbringlich / heim zuſtellen vnd zu befehlen / vnd euch in deme zuerzeigen wiſſen/ Sonderlich aber damit ergetzen vnd tröſten / das er euch in dieſer Welt rhůmlich fürgangen / bey Chriſtlicher warer erkantnis verharret/ vnd dardurch vngezweiffelt des ewigen Lebens geſichert iſt. Welchs vns andern der Almechtige auch zu verleihen gnediglich geruhen wölle.

Vnd ſeindt des gnedigen erbietens / ſo ferne vnſer gelegenheit ſolchs jmmer zu ertragen / wenn die Leiche zu jrem verordenten lager ſol beſtetiget werden / vnd wir bey zeiten daruon mügen berichtet werden/euch in geſuchtem mit Perſönlicher gegenwart gnedige wilfarung zu beweiſen / Oder da wir je vber zuuerſicht durch andere vorfelle daran vorhindert/als denn zum weinigſten an vnſer Stadt etliche vnſerer Rhete darzu verordenen / vnd damit vnſern gnedigen willen zu erzeigen. Vnd wollen euch dis gnediger meinunge nicht verhalten / Seindt euch zu gnaden vnd allem guten gewogen. Datum auff vnſerm Schlos Hansburgk am neuwen Jars tage. Anno M. D. LXVI.

Manu propria ſubſ.

Adolff

Adolff von Gottes Gnaden / Erbe zu Norwegen / Hertzog zu Schleſwigk / Holſtein / etc.

Den Erbaren vnſerem Radt / vnd lieben getreuwen Heinrich vnd Paul Rantzouwen gebrůdern / Ern Johans ſeligen Sônen.

VNſern gnedigen Grus zuuor / Erbar lieber Radt vnd getreuwen / Wir haben ewer ſchreiben empfangen / vnd mit gantz betrůbten mitleidlichem gemůt den Tôdlichen abganck ewers lieben Vatern vernomen / des Seelen der liebe Gott gnedige vnd barmhertzige Ruhe verleihen wôll. Aber gantz gern hinwider gehôret / Das er Chriſtlichen / gantz ſtille / gedůldig / mit guter bekentnis vnd andacht in dem HERRN entſchlaffen / vnd alſo aus dieſem elenden zergenglichen jamerthal / zur ewigen frewde vnd ruhe verſchieden.

VNd weil einem Chriſten nicht gebůret ſich dem willen des HErrn zu widerſetzen / ſondern das Creutz / vnd was er einem auffleget / willig zu tragen / Derwegen werdet jr euch / vnd fůrnemlichen / Dieweil ewer lieber Vater / mit guter andacht vnd bekentnis verſchieden /

den / vbermeſſigen trawrens / Weil darmit der abge-
ſtorbenen Seelen / noch niemands gedienet / enthalten /
vnd euch dem Creutz / vnd dem willen des HERRN
mit gedult ergeben. Vnd hetten in gnaden wol mögen
leiden / das gemelter ewer lieber Vater / ſo es dem barm-
hertzigen Gott dermaſſen gefellig geweſen / vns vnd vn-
ſern Landen vnd Leuten noch ein Zeitlang zu troſte ge-
liebet. Auch wol von Gott zu wundſchen vnd zu bitten /
das er dergleichen Leute / vns vnd vnſeren Landen vnd
Leuten zu gute geben vnd verleihen wolle.

Als vns nun ewer lieber Vater / von anfang vn-
ſerer Fürſtlichen iugent / mit allen trewen gemeint /
Auch vnſern Herrn Vater vnd Bruder / weilandt bey
den Königen zu Dennemarcken etc. Chriſtumlichen
milder gedechtnis / Königreichen / wie nicht weniger
vns / vnd dieſen allerſeits Fürſtenthümen / Landen vnd
Leuten / trewlich / ehrlichen / rhümlichen / vnd gantz nütz-
lichen gedienet / So wil vns nicht gebüren / den gebete-
nen beyſtandt / damit ewer lieben Vater ſeliger / Chriſt-
lichen zur Erden beſtadt / abzuſchlagen / Sein derwegen
entſchloſſen / Wenn wir weitere anzeigung bekömen /
der Begrebnis in gnaden Perſönlichen bey zu wonen /
Solten wir aber der zeit / vnuerſehenlicher vorfelle hal-
ben / eigener Perſon verhindert werden / Wollen wir
nichts deſtoweniger die vnſern zu verordenen wiſſen /
Welches wir euch / zu begerter Antwort nicht verhal-
ten wollen. Vnd ſein euch zu gnaden vnd allem guten
geneigt. Datum auff vnſerm Schlos Gottorff /
den 15. Decemb. Anno M. D. LXV.

A. H.
Z. Holſtein.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Johan von Ligne

Graff zu Arnburg/ Freyherr zu Barbanſon/Siebenbergen/etc.

Dem Edlen vnd Ehrnueſten Heinrichen Rantzow/ Kön. Würd. zu Dennemarcken etc. In Holſtein / Schleſwigk vnd der Ditmarſchen Stadthalteren etc. Vnſerm beſondern guten Freunde.

VNſern günſtigen Grus vnd alles guten zuuorn / Edler Ehrnueſter beſonders güter Freundt/ Vns iſt ewer ſchreiben / am Mitwochen nach Pfingſten Breidenburgk an vns gethan/ geantwort / Darab weilandt ewers geliebten Vaters (des Seelen der Almechtige die ewige Ruhe vorleihen) Tödtlichen abgang/ vngerne vernommen / vnd tragen derwegen mit euch ein Chriſtliches mitleiden. Weil aber des Allmechtigen willen niemand widerſtreben / oder auch ſeinen ſchickungen entfliehen mag/vnd wir allein durch das mittell in das ewige Reich hinein gehen müſſen/werd jr ſolches/als der vorſtendig/ mit gedult tragen / Vngezweiffelt der Almechtige gütige Gott würdt ſolches in andern ergetzen. Hiermit ſeit Gott des Allmechtigen ſchutz empfohlen / Geben Brueſſel den 21. Junij. Anno M. D. LXVI.

Dem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Dem Ehrnueſten

vnd Erbaren Heinrich Rantzowen/ Herrn Johans ſeligen Sone/ Kö. Mai. zu Dennemarcken Stadthalter/ Der Fürſtenthumen Radt/ Vnd Amptmann zu Segeberge/meinem günſtigen Herrn vnd Freunde.

MEin freundtliche Dienſte zuuor/ Ehrnueſter vnd Erbar gunſtiger Herr Stadthalter vnd Freundt/ Aus ewerm ſchreiben hab ich ewers lieben Vaters abſchiedt aus dieſer Welt vernommen/ Vnd ob wol mir daſſelbig ſchmertzlich/als eins Herrn vnd Freunds/ Deſſen gemüt ich gegen mir in viel wege woll geneigt/ vnd niemals anders erſpürt/ So erfrewet mich doch hin wider vmb/das er in ſeiner eigenen behauſung/bey ſeiner lieben Hausfrawen vnd Kindern/ mit Chriſtlicher andacht vnd guter vernunfft entſchlaffen iſt.

VMb deſtoweniger habt jr vnd die ewren vber dieſen abgang zu weheklagen/ Sondern gebürt euch viel mehr Gott dafür zu dancken/ das er ewern Vater nicht allein im leben/ mit Reicher erkantnis vnd liebe ſeines Worts/ mit weisheit/ manheit/ ehre/ glück vnd gütern/ Reichlich vnd weit vber den gemeinen lauff der Welt geſegnet/ Sondern auch dabey bis in ſein ſterblich end vnuerruckts lauffs erhalten/ vnd nach erlebten

G ij vol-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

volkomenem alter / ſeliglich zu ſich genomen hat. Was hette er ſelbs von Gott höhers mügen wündſchen / oder wie könnet jr dafur gnugſam danckbar ſein? In allen Griechiſchen / Lateiniſchen vnd Teudtſchen Hiſtorien / werdet jr dergleichen zuſtand vnd gleichmeſſige Continuation vnd beſtendigkeit eines mittelmeſſigen glücks / mit einem ſolchen herrlichen ausgang vnd ende / an einer perſon nicht offtmals finden. Darumb auch der Poet geſaget:

diciq́ beatus

Ante obitum nemo ſupremaq́ funera debet.

Dieweil er gewuſt / das der Helden / vnd trefflicher Kriegsleute glück / gar ſelden bis an das ende mit jm ſelbs einigkeit zu halten pflegt. Dieweil jr nun dieſe Beatitudinem an ewrem lieben Vater ſelbs erkant vnd geſehen / ſo thut jr billich all Leidt vnd trawrigkeit / dar zu euch ſein abſcheid bewogen / von euch: Damit jr des HERRN zorn / von welchem er ſolchs empfangen / nicht vber euch ladet. Dis habe ich euch als ewer wolmeinend freundt / kürtzlich nicht ſollen verhalten.

Dis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Dis Monumentum

haben Heinrich vnd Paul Rantzow gebrüder / jrem Vater / ſo in Gott verſchieden / ſetzen laſſen.

BEgrebnus Herrn Johan Rantzowen / Ritters etc. Welcher dreier Könige geheimiſter Radt vnd Oberſter Veldtherr geweſen / Als nemlich König Friderichen des Erſten / König Chriſtian des dritten / vnd König Fridrichen des andern / vnd beider Hertzogen / Johans vnd Adolffen zu Holſtein etc. Vnd ſindt / in welchen Zügen er Feldtherr geweſen / etzliche von König Chriſtiern des andern Oberſten erlegt: Die Deniſche vnd Dennemarcken mit jren ſelbs raht vnd that / aus der Lübiſchen / vnd Hertzog Albrecht zu Mecheln-burgk / vnd Graff Chriſtoffel von Oldenburgk / henden errettet. Die Biſchoffe daſelbſt ſindt abgeſetzt / vnd jre güter zum Reich gelegt. Die von Lübeck zu ruhe vnd frieden geſetzt / vnd Dithmarſchen erobert. Alſo das er / ehe er dis alles glücklichen volendet / acht Veldt-

G iij schlacht

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

ſchlacht mit ſeinen Feinden gethan / Vnd iſt nie kein Schlacht oder Scharmützel / darinnen er geweſen / verloren. Vnd hat hiedurch / beyde bey den Herrn vnd Knechten / Freunden vnd Feinden / Deniſchen vnd Teudtſchen / ehr vnd lob eingelegt / ſeine tage beide im Krieg vnd Fried / mit groſſem Rhum weg gebracht / vnd allezeit nach ſeiner Herrn auffnemen / des Reichs Dennemarcken / vnd ſeines Vaterlandes beſte trachtet. Iſt alt worden LXXIII. Jar vnd ein Monat. Vnd Anno 1565. den 12. Decemb. ſeliglich in Chriſto entſchlaffen / Vnd von ſeiner Frawen / vnd beiden Sönen Heinrichen vnd Paul Rantzowen / bey ſeinen Vorfahrn / laut ſeinem Teſtament / zur Erden beſtattet.

Gedruckt zu Wittemberg / durch Hans Krafft.
1566.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]

3539.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3539 4° [45,-198]